22

lizabetham de Plessowicz Coniuges et ipsorum Successor. de summis in fratribus

tantis Prima Sexaginta Novem florenor. polonicalium, Altera Ducentor.

florenor. polonicalium, Tertia Sexaginta Vnius florenor. sibi Recognoscenti

per Gnosum Carolum Brzescianski Coram Actis Officij praesentis cessis et trans

fusis eidem vero Gnoso Brzescianski Decreto Officij praesentis in Causa et

actione iudicatam per eundem Gnosum Brzescianski praefato Gnoso Jassow

ski et ipsi Consorti ad Intercisam seu Contractum certum inter eundem Ge

nerosum Brzescianski et praefatos Jassowskie Coniuges ratione arendae

bonor. Villae Rownia in Districtu Sanocensi Consistent. conscripti ad Officium

praesens ratione non Conscripti Inventarij instituta atque eidem Gnoso Brze

scianski ratione certorum defectuum Vigore eiusdem Contractus arendator.

ex non Conscriptione eiusdem Inventarij et pessorum adiudicant. praefato q

Gnoso Jassowski pro die et tempore in eodem Decreto specificatt. solui

adiudicatt. necnon de poenis Sex Marcar. polonicalium in Causis bi

nis solui adiudicatt. Decreto eodem de Commissis latiore Quietat. Ce

mittit Liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Causam eandem

atque Decretum praefatum Solutionis supratactarum summarum et poenarum

in toto cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ob Quitam sibi

pro Commissis realem Summarum praefatarum, atque poenarum Sex Marcarum

polonicalium superius specificatarum persolutionem perpetuum imponens

de silentium. Salua Nihilominus Causa atque Actione et Decreto Loca

tionis Amicorum ad eundem Contractum suprascriptum per eundem Brze

scianski eidem Gnoso Jassowski nec hoc idem Officium praesens institutt. Nec

non eodem Contractu praefato plene in vigore eidem Gnoso Brzescianski ple

no in vigore reseruatt.

10/II 1659

Feria Secunda post Festum Sanctae Dorotheae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Krzeczkowska Dobrzanskio Cedit.

Comparens

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Marusia Pactawska primario
olim Nobilis Nicolai Dobrzanski, ad praesens vero secundarium Nuptiarum
nobilis Andreae Krzeczkowski consors legitima cum eiusdem mariti sui Do-
mini Conjugalis personali assistentia et Unione ad infrascripta Recognda
consensu sana mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Juris-
dictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesentiis
Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemysliensi quoad actum praesentem atti-
net seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac pe ex-
pressum recognovit. Quia ipsa de omni et integro Jure suo infrascripto
Videlicet de Inscriptione Castrensi Praemysliensi Reformatoria sibi Re-
cognoscenti, per priorem Maritum suum Jus summam Quingentorum
florenorum polonicalium respectu dotis atque aliam similem summa
Quingentorum florenorum polon. ratione Dotalicii facti in medietate bonorum
suorum omnium mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecu-
niariarum modo Reformatorio locatae et assecuratae, tum de eadem summa
praefata Utraque Dotis et Dotalicii Quingentorum florenorum polonicalium
ratione Dotis atque alia simili summa ratione Dotalicii nec non praefata
medietate bonorum suprafactorum Juri eidem suo Reformatorio subiectae Inscri-
ptione eadem Reformatoria de Praemissis tenore, Cum parata eorundem
bonorum tuitione Evictione et emundatione pacificaque in suo usque pro se Re-
cognoscentem Continuata Possessione, Cum omni Praemissorum Jure Dominio
proprietate, Cumque omnibus et singulis Juris praesentis cessi Inscriptionisque
praefatae Reformatoriae Conditionibus Punctis, Clausulis articulis Vadiis
Ligamentisque ac Nexibus in Universum omnibus tum summarum memo-
ratarum Dotis et Dotalicii ac medietatis bonorum Jure eodem Reforma-
torio oneratae Utilitatibus, fructibus Proventibus, Redditibus, Commodis, Obven-
tionibus et Emolumentis quibusvis attinentibus et pertinentibus generaliter Uni-
versis Competentiaque et Spectantia quavis Nihil ex Praemissis Juris Do-
minii et proprietatis ac Cuiusvis Competentiis et Spectantiis pro se Re-
cognoscente suisque successoribus aut quispiam alio reservando seu exci-
piendo, Verum qui Praemissa eadem, ipsammet Recognoscentem Concer-

24 nebant, ac eidem serviebant, Iam ex nunc et de facto Nobili Michayło Dobrzanski Sublesowicz eiusq. posteris (accepta ab ipso pro praemissis satisfactione) cessit, et Condescendit, prout cedit et Condescendit, omneq. et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Michayło Dobrzanski Cessionary sui et ips. posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit, et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius Cessum summas ac bona summis eius Dotis et Dotaliciy onerata praemissaq. omnia praesentibus a se Recognte abscessa Iam ex nunc et de facto eadem Recognis Nobilis Krzeczkowska praefato Nobili Michayło Dobrzanski Cessionario suo et ips. posteris Coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem, et actualem pacificamq. Possonem per Ministerialem quemcunq. competentem et Nobiles duos quoscunq. voluerit Officiose accaptandam per ips. Nobilem Michayło Dobrzanski Cessionarium suum et illius posteros hoc idem Ius cessum summas ac bona summis praefatis onerata praemissaq. omnia per praesentes transfusa Cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus Competentiisq. et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq. quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumq. Successorum quosvis bene placitos usus fructusq. libere et effectualiter Convertendi praefati Iuris Originalis, ea omnia latius in se Complectentis praesentibusq. cessi et transfusi Vigore Debebit et tenebitur memorata Recognis Nobilis Marussia Krzeczkowska prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis eidem Nobili Michayło Dobrzanski Cessionario suo inscribit et Obligat praesentibus ipsum et eius successores in dicto Iure Cesso summis ac bonis summis eius oneratis praemissisq. omnibus praesentibus cessis et ratione eorundem omnium per praesentes transfusorum ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunq. personarum cuiuscunq. Conditionis status et sexus Cuiusvis existentium ex re persona, et occasione sui Recognoscentis Iurisq. praesentibus cessi suorumq. successorum tantummodo et non ultra exorienda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, evincere, intercedere et eliberare, inde-

omnemq; Cum posteris reddere ne

summas ac bona summis iisq onerata praemissaq omnia praesentibus Conde= 25

scensa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et pos=

terioribus super hoc idem Ius cessum summas ac bona summis eisq

onerata praemissaq omnia praesentibus cessa Cuipiam personarum modo quovis

tunc ex re persona et occasione sui Recognoscentis Iurisq praesentibus suorumq

successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, Tum etiam

a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia praesentibus trans

fusa importatis et importandis Lucris deniq et Pertractis Processibusq

Iuris quibusvis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus

et in quovis Iudicio et Officio Regni tunc ex re persona et occasio

ne sui Recognoscentis Iurisq praesentibus cessi, et suorum successorum tan=

tummodo et non ultra obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus

praesentibus transfusis producendis et producendis emundare et liberare,

mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam

Coram Officio praemissi admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus

abscissorum, dum Per Ministerialem Competentem et Nobiles duos Offi

cioso requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere

rate et effectualiter admittere praefataq et admissa eadem Possessionem

et Usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per sui

as quasvis submissas, et subordinatas personas non impedire nec adi

mere Ipsumq Cessionarium suum et ipsius successores in praemissis omnibus

praesentibus cessis nullo modo non iniuriari ita ut hoc idem Ius cessum

summas ac bona summis iisq onerata praemissaq omnia praesentibus

transfusa, Cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus Competentiaq

et Praerogativa quavis ab idem Cessionarius suus cum suis posteris

quiete et pacifice praesentibus Inscriptionis Cessionariae Vigore tenere ha

bere et possidere queat et possit. Idq sub Vadio Quadringentorum

florenorum polonicalium per eandem Recognoscentem Nobilem Mar

ianam Krzeslowska suos eius successores praefato Cessionario

suo vel eius posteris ob non Completionem praemissorum omnium

et singulorum

26

Singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ac vendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata existens memorata Recognoscens Nobilis Maruszka Kneczkowska sive eius successores ad instantiam supradicti Nobilis Michayło Drzewianski vel eius posteriorum ad officium praesens castrense capitaneale Praemysliense ex tunc recessu supradicti quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare sub parere, respondere, vadium praedictum luere inscriptioni praesenti satis facere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Praeterea illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes eiusdem consequentes causae eius terminos semper peremptorios, vera domini firmitate per maiori minorennitate, successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad victorem velar(?) liis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ulla proximos officii praesentis castrensis capitanealis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia praesentis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello conveniendo neque ac aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

11/II 1659

Actum in Castro Praemysliensi Feria Tertia ante Festum Sancti Valentini Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Krasicki